

833 gennaio 15, Mantova.

Poiché i messi dell'imperatore a Peschiera, con un placito precedente, non avevano potuto risolvere la questione, Lotario stesso presiede un nuovo processo, a Mantova, dove l'abate di San Zeno Leo, rappresentato dall'avvocato Garibaldus e sostenuto dal vescovo Rataldus, richiede giustizia nei confronti del conte Goradus, rappresentato dai suoi avvocati Ragileus e Ragipertus, riguardo lo sfruttamento dei pascoli nella selva di Ostiglia. In seguito alla presentazione di alcuni diplomi regi e imperiali il monastero ottiene ragione e si vede ratificata una permuta che il vescovo Rataldus, in qualità di rettore, aveva fatto per San Zeno con il vescovo di Brescia.

Copia imitativa del sec. XI in Verona, Archivio di Stato, Orfanotrofio femminile (S. Zeno), dipl. n. 1 [B].

Edizione: Manaresi, 41.

§ In nomine domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Hlotharius augustus¹ invictissimi domni imperatoris Hludovuici filius. Quicquid enim in nostra vel procerum nostrorum presentia recto tramite secundum legem diffinitum fuerit, oportet nostris confirmare oraculis, ut iure firmissimo maneat inconvulsum. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum sagacitati, quia cum missi nostri in Piscaria ad universorum causas audiendas et recta iudicia terminanda resedissent, ibique veniens Leo abba et advocatus sancti Zenonis², Garibaldus nomine, unde idem Leo per ordinationem Rataldi venerabilis episcopi³ esse videbatur, interpellaverunt Ragileusum et Ragipertum advocatos Goradi comitis⁴, dicentes quod pars prefati Goradi silvam que dicitur Hostilia⁵ et pascua pertinentem ex iure sancti Zenonis suo iure occupasset inlicite et contra legem. Quam rem dum prefati missi nostri per se minime definire potuissent, in nostram hoc pleniter deliberanda iussimus venire presentiam. Qua de re, dum diligenti adhibita investigatione rei veritatem perquireremus, detulit predictus abba optutibus nostris precepta antiquorum regum⁶ nec non et bone memorie avi nostri domni Karoli prestantissimi imperatoris, verum etiam et avunculi nostri Pipini quondam gloriosi regis domnique et genitoris nostri Hludovuici serenissimi augusti. Que dum relegi fecissemus, comperimus iuste et rationabiliter parti monasterii sancti Zenonis in omnibus pascuarum et capuli seu decime et omnem exactionem pertinere absque qualibet in parte aliquod redibitionis debitum, salvo suo iure in integrum territorio ubi Hostilia nuncupatur, cuius fines sunt a Pado usque in caput Turnioni et a fossa Lubia usque ad fossam Regiam et pollicinem iuxta castrum Reveri. Ideoque ad prefatum sanctum ac venerabilem^a hos nostre auctoritatis apices fieri iussimus, per quos absque qualibet inquietudine abhinc in futurum nostra auctoritate teneat iusteque fruendo possideat. Insuper retulit nobis Rataldus episcopus, cui prefatum monasterium nostra auctoritate ad regendum commissum erat, eo quod Goradus comes aliquas ei inferat contra causationes de quibusdam rebus et mancipiis que olim predecessor prefati Goradi, Vulvinus⁷ no[m]ine, cum episcopo Brixanę Ecclesię Chuniberto⁸ nomine, co[mm]utaverat et contra sibi placitam acceperat commutationem, que dum utilia post aliquot dies idem Rataldus venerabilis episcopus prefate sancti Zenonis Ecclesię esse cognovisset, datis in recompensatione parti predictę Brexane Ecclesię congruentibus rebus et mancipiis a Petro quondam eiusdem Ecclesię episcopo⁹, commutatio ordine parti prenominate sancti Zenonis Ecclesię acquisivit ad habendum; sed quia regię potestatis missus inter has defuerat commutationes, pro huiusmodi occasionibus^b ahimendis^c, ne ideo ab eadem Ecclesia auferantur, quoniam legaliter absque regio misso non poterant

^a Manaresi postpone locum.

^b In Manaresi causationibus.

^c In Manaresi adimendis.

commutari, han^d nostram auctoritatem super prefatas commutationes addere libuit, per quas iubemus rate mansurum. Sanctimus^e, ut nullus fidelium sancte Dei ecclesie nostrorumque abhinc in antea inde aliquam parti sepe dicti sancti Zenonis inferre presumat contrarietatem, sed liceat ei ut iusto tramite adquisivit quiete rectoribus ipsius Ecclesie ordinare atque disponere quicquid utilitas praedictae dictaverit Ecclesie. Si vero, quod futurum non credimus, aliquis dux comes aut cuiuslibet ammistrationis^f aut privata persona contra omnia suprascripta moliri aliquid presumpserit seu infringere vel corrumpere ex parte aut ex toto temptaverit, sciat se compositurum mille mancosos auri obrizi, medietate camere nostre et medietatem iam dicto monasterio sancti Zenonis, si aliqua contrarietatis violentia illata fuerit. Et ut hoc certissime credatur et diligentius observetur, manu propria roboravimus et anuli nostri impressione insigniri iussimus. Dructemirius^g subdiaconus atque notarius ad vicem Hermenfredi scripsi. § (SR). Data XVIII kalendas februarias, anno Christo propitio imperii domni Hludovici serenissimi imperatoris XX et Hlothari XI, inditione XI. Actum Mantua, palatio regio, in Dei nomine feliciter, amen.

^d *In Manaresi* hanc.

^e *In Manaresi* sancimus.

^f *In Manaresi* amministrationis.

^g *In Manaresi* Dructemirus.

NOTE STORICHE

¹ Questo è l'unico atto giudiziario presieduto da Lotario in Italia: generalmente, questo periodo vede la proliferazione dei placiti presieduti da *missi* o da autorità locali, mentre i sovrani mostrano sempre meno interesse per questa attività (Manaresi p. 9-10 e BOUGARD 2008, p. 337-338, che mette in rilievo, inoltre, la tendenza contraria dei principi beneventani che si riservarono ancora per molti anni la gestione dei tribunali).

² La chiesa di San Zeno esiste dal VI secolo, come testimoniato da Gregorio Magno (*Dialogi*, III, 19). Il vescovo Ratoldo, assieme a Pipino, contribuì alla sua ristrutturazione. Nel X secolo, talvolta vi risiedevano i vescovi di Verona (KEHR 1923, pp. 267-271).

³ Il vescovo Ratoldo (799-840) fu coinvolto anche in altre occasioni nelle vicende riguardanti la selva di Ostiglia. Nell'820, infatti, in qualità di *missus* imperiale, presiedette un placito a Pozzuolo sul Mincio nel quale si confrontavano gli interessi del monastero di Nonantola a quelli di Ucpaldo conte di Verona (Manaresi, 31; CASTAGNETTI 1990, p.54; su Ratoldo vedi anche Veneto 2: l'anno in cui ebbe luogo questo placito, si ricordi, è quello della deposizione di Ludovico il Pio a Soisson; le conseguenze di questo fatto, come si legge nel documento a cui si rimanda, coinvolsero in prima persona Ratoldo)

⁴ Il conte Gorado è ricordato anche in Veneto Inq 1, la cui datazione è incerta (CASTAGNETTI 1989, p. 22). Nell'827 fu coinvolto in un'investitura riguardante ancora il territorio di Ostiglia (Manaresi, p. 566, II: beneficiario dell'investitura era il monastero di Nonantola; HLAWITSCHKA 1960, p. 282).

⁵ Gli interessi del monastero di San Zeno nella zona di Ostiglia sono documentati a partire dall'815, quando i diritti su quel territorio vengono confermati al monastero da Ludovico il Pio con un diploma (Fainelli, I, 117; v. BRUGNOLI 2010, pp. 308-309). Si tenga presente che la selva di Ostiglia apparteneva per un quarto e per la metà dei rimanenti tre quarti al monastero di Nonantola: i territori coinvolti in questa vertenza, dunque, erano verosimilmente compresi nella metà dei tre quarti non occupata dal monastero modenese (Manaresi, pp. 9-10).

⁶ Esempio in cui l'accusa si appoggia sulla presentazione di una testimonianza scritta, che è tanto più efficace quanto più – come in questo caso – è solenne (BOUGARD 1995, p. 223; si veda, più in generale, BROWN 2002a)

⁷ Predecessore di Gorado, HLAWITSCHKA 1960, pp. 292-293, propone di identificarlo con il Vulfinus nominato in una lettera del 779/780 di papa Adriano I a Carlo Magno, nella quale lamenta la presenza di Napoletani e Greci a Terracina e chiede che Vulfinus sia inviato in quei luoghi per recuperarli al papato: MGH, *Epistolae.*, III, *Codex Carolinus*, n. 64, p. 591-592. Vedi anche Veneto 2.

⁸ Cunipertus (790-800) (GAMS 1857, p. 779; MOR 1964, p. 69). Secondo ZETLER 2009 (p. 110), il vescovo Cuniperto di Brescia era probabilmente parente di Walpert, conte di Verona (su Walpert si veda anche HLAWITSCHKA 1960, pp. 278-279).

⁹ Petrus (813-815) (GAMS 1857, p. 779).

C.P.